



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 32. Responsum Ducis ad Nuntium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

**Sæcul. XVI** sub utraque specie in Patrum Franciscanorum Ecclesia populo administraverat. His igitur rationibus permovebatur Nuntius, ut Ducem adiret, atque alloquii copiam peteret, qua impetrata summis honoribus, ac amicitiae signis exceptus præter diploma Ducis Pontificiam tradidit epistolam, in qua illum Pius IV. blande hortabatur, ut in Majorum suorum pietate persisteret, ac Religionem tueretur.

### §. XXXII.

#### *Responsum Ducis ad Nuntium.*

**Pallav. c. 5.** **Quamquam** Dux erga Curiam Romanam averso effet animo ob revocationem cuiusdam diplomatis antea impetrati, necnon propter captivitatem sui Procuratoris, qui ejus nomine rem componere satagebat, nihilominus idem Nuntio hæc in responsis dari præcepit: *Dux summa Reverentia benedictionem, ac diploma Sanctissimi Domini nostri Pii quarti, Pontificis maximi Ecclesiae Romanae, & Oecumenicæ, & Domini sui clementissimi excipit, nec minus suscipit, tanquam filius obsequiosissimus paterna monita, nec a suorum Majorum semita se unquam declinaturum spondet: sperat autem, quod ne latum quidem unquem ab eorum Religione deflexurus sit: insuper Concilii convocatio eiusdem est percara, eoque suos oratores mit-*  
tet,

tet, cunctaque præterea præstabit, quæ Sæcul. XVI.  
*Christianos, & Catholicos Principes decent:* A.C. 1561.  
 verum ut fructus inde copiosior decerpatur:  
 hinc summopere desiderat, ut nonnisi ex  
 communi Principum Imperii consensu illud  
 celebretur, quem in finem suam quoque ope-  
 ram pollicetur, ut habendæ hujus Synodi  
 propositum omnibus acceptum esset. Itaque  
 Commendonus collaudata Ducis pie-  
 tate, quod ad postremam partem ipe-  
 stabat, respondit: „Idipsum Zelo haud  
 „remissiori summus Pontifex exoptat,  
 „quemadmodum tot ab ipso adhibita stu-  
 „dia palam faciunt, si vero ea remedia ex  
 „impiorum culpa in irritum caderent,  
 „permittendum non est, ut ob improbo-  
 „rum pervicaciam probi non confirmen-  
 „tur in vera Religione, detegantur erro-  
 „res, veritasque stabiliatur.„

### §. XXXIII.

#### *Usus Calicis, & Sacerdotum conju- gia per Ducem a Nuntio petita.*

Cum autem duo illa, quæ supra me-  
 moravimus, capita magno animi  
 sensu proposuisset Cliviensis Dux, atque  
 petiisset, ut concederetur laicis usus  
 calicis, & conjugium Sacerdotibus,  
 hinc utrumque Nuntio exposuit, & de  
 priori quidem ajebat, quod suis subdi-  
 tis

Pallav. c. 5.  
 num. 9.